



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt LXXVIII. Trvttenhvsense Monasterium in Alsatia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

CAPVT LXXVIII.

TRVTTENHVSENSE MONASTE-
rium in Alsatia.

TRuttenhusium cœnobium ordinis Ca-
nonicorum regularium S. Augustini
ad pedem altissimi montis *S. Otilia* in Alsatia
ad Vosagum peramœno loco situm, funda-
tum est in honorem B. Virginis Mariæ, ac
Sancti Nicolai Episcopi, sub Lucio eius no-
minis Tertio Pontifice Maximo, Imperato-
re verò Friderico Barbarossa, Sueviæ & Al-
satiæ Duce, potentissimiq̃ Sanctæ Otiliæ
cœnobij Aduocato, anno Domini millesi-
mo centesimo octuagesimoprimo, à Domi-
na *Herrade*, insigni ac doctissima Abbatissa
in Altitona, siue *S. Otilia* monasterio, & à
Domino *Gunthero* germano fratre prædi-
ctæ Abbatissæ, nobili viro de VVinheym &
Lantsperg, ex eiusdem prædio quodam,
quod ipse liberè dedit, ad construendam
domum Dei.

Habuit cœnobium id semper ferè gu-
bernatores Præpositos. Est autem Alti-
tona illustris Abbatia, Virginum,
diœcesis Argenti-
nensis.

CAPVT